

Vita Columbani,
epist.: ut uno volumine legentibus fastidium amputarem.

Vita Caesarii I, 2:
Nunc igitur unusquisque vivendo sequi appetat, quod legendo scire festinat.

Isidori Sententiae II, 11, 1: Ad conversionem seu correctionem mortalium multum prosunt exempla bonorum.

eb. § 12: Exempla sanctorum, quibus aedificatur homo, varias consecrari virtutes.

eb. § 6: Si enim ad boni incitamentum divina, quibus admoneamur, praecepta deessent, pro lege nobis sanctorum exempla sufficerent.

Vita Columbani I, 1: Egit hoc a saeculis rerum sator aeternus, ut suorum famulorum famam commendaret perennem utque praeterita gesta linoerent futuris exempla et de praecedentium meritis vel imitando exemplo vel memoriae commendando ventura sobolis glorietur.

Vita Sigolenae.

Et ut legentibus fastidium amputarem, studui sub compendio brevitatis, rustico quidem sermone de virtutibus praedictae Dei famulae pauca de plurimis narrans, multis cognitam reddere veritatem. — — Nunc igitur vivendo sequi quisque appetat, quod legendo scire festinat. Dignitatem igitur vestram obsecro, ut cum semel legeritis — —.

c. 1: Ad conversionem seu correctionem mortalium multum prosunt exempla bonorum, quibus aedificatur homo varias consecrari virtutes. Si enim ad boni incitamentum divina, quibus admoneamur, praecepta deessent, pro lege nobis sanctorum exempla sufficerent. Hoc a saeculis egit rex¹ auctor aeternus, ut famulorum suorum famularumque famam commendaret perennem et ut futuris temporibus exempla illorum memoriae commendando venturas oboles glorietur.

Vita Wandregiseli.

gratia predicti patri pauca de plurima, humilem quidem sermonem, ut legentibus fastidium non generem, breve materiola expressi stilo.

— —

Nunc ergo, qui haec legit, in studium boni operis adque in fervore eius animus incalcescat. — —

c. 2: Obsecro itaque ego tenellus, ut omnes, qui haec vita beati viri legerit, caveat. — —

Plerumque etenim ad conversatione² seu correptione mortalium multo prosunt exempla bonorum, quibus aedificatur homo cotidiae multiplices consecrari virtutes. Si enim ad adaepiscendam amenetati paradisi, quibus premonemur, precepta deessent, pro lege nobis sanctorum exempla sufficerint. Hoc a saeculis adimplet rex trinus aeternus, qui servorum suorum famam commendat perennem, ut posterorum exempla proficiant atque in amore caelestis patria cum devotione maxima incalcescant.

1) Die Pariser Hs. 17002 liest richtiger 'rerum actor aeternus'.

2) Der ursprüngliche Text der Vita Sigolenae wies vermutlich ein recht verwildertes Latein auf und stand der Vita Wandregiseli näher als der gedruckte Wortlaut; so ist es zu beachten, dass die eine Hs. der zweiten Vita Sigolenae (a. a. O. S. 488) 'Ad conversationem seu correptionem' liest.